

INSTITVTIONES  
IVRIS CANONICI,

QVIBVS IVS PONTIFICIVM SINGVLARI  
*Methodo libris quatuor comprehenditur;*

AB IO. PAVLO LANCELOTTO PERVSINO  
Conscriptæ; & in Aula Romana, mandato Pont.  
Max. ab illustribus viris olim recognitæ.

*His nouissimè accesserunt Interpretationes, quas Glossas uocant; quibus loca  
omnia, unde contextus desumptus est, indicantur; pleraque declarantur; non-  
nulla per Sacrosanctum Concilium Tridentinum hodie immutata adnotantur.*

Item Commentariolum, quo conscripti operis & ratio,  
& historia quædam continetur.

CVM PRIVILEGIIS SVMMI PONTIFICIS, CAES. MAIEST.  
Illustris, Senatus Veneti, & Catholici Regis Neapolis.



VENETIIS,  
Impensis Marci Amadori, & socios M. D. LXX.

*Del 30 Mayo 1770 Matas  
custo 050 Reales*

IOAN. FRANCISCVS  
CARDINALIS DE GAMBARA  
IO. PAVLO LANCELOTTO.

I. C. S. D.



*E Institutionibus ad Ius Canonicū à te cōscriptis : quas nuper ad me misisti, est quidem quòd tibi gratias agam, sunt enim huiusmodi ut eas ego loco magni à te muneris, habere debeam. Sed omnino nimis diuturna libri huius expectatione nos torristi, agitur enim annus sextusdecimus quo ego Perusia te praeceptore prima Iuris Ciuilis initia urgebam, Et tu iam tum opus huiusmodi sub incude habebas, idq; pro pediem editurus uidebaris, unde quòd tam diu illud continueris erit fortasse qui te accuset. Qui dicam? quòd ne nunc quidem illis editis fidem tuam libera- sti? etenim Commentarij quod praeeritis annis edidi sti libro secundo asseris à te quaedam in contexendis In stitutionibus consulto fuisse praetermissa, quòd ea notu lis nescio quibus explicaueris, ac quasi cum fœnore reddideris, Et tamen notulas nullas: quas uiderim, edi tis à te nuper Institutionibus adscripsisti. Quod licet ego, cui tuum iam pridem perspectum est iudicium nō nisi optimo consilio factum rear, cum tamen Et tu id*

\*

2

sponte



## DE IVRE CANONICO.



D est, cur sic appelletur, quid sit, & ex quibus constet ius canonicum. & sic no. quoddam dictio applicatur non solum ad questionem quid rei,

sed etiam ad quod quid nominis: & designat causas non solum essendi, sed etiam fieri. fac. c. cum causam. de electio. l. sed & reprobari, ubi not. ff. de excus. tut. l. j. §. nunc videamus & §. emancipatus. ff. de coniu. cum emanc. libr. & de multiplici significatione huius monosyllabæ, per Patii. in trac. de offi. & pot. capituli se de uacat. in primo præludio,

**b** Canonico. Exponere tripliciter. Primo discendo, cum absurdum sit ignoratis principijs ad cetera transiret arg. l. j. ff. de ori. iur. Alb. in l. j. ff. de ori. iur. Secundo docendo: nam undique doctus indoctum docere debet. Auth. de sanctiss. episc. §. j. & §. si infra de elect. & c. miseram. dist. lxj. & c. j. c. seq. distin. xlvij. Tertio pertractando, puta allegando & iudicando, cum turpe sit patritio uiro & c. l. ij. §. post hos. ubi etiam not. & in §. seruus. ff. de ori. iur.

**c** Operam. Non solum discendo sed etiam docendo, allegando, & iudicando ut supra in proxima notula,

**d** Oportet. Id est, deest. sic in l. j. ff. inst. & iur. & l. cum oportet. in prin. C. de bon. qua. lib. & l. j. §. oportet enim. C. de cap. & possi. reuer. & sic importat convenientiam, regulariter autem importat necessitatem: ut uidetur not. in c. j. de refer. in vj. fac. l. j. ff. si cer. pet. & l. j. ff. de acqui. possess. de quo uide per Ab. in c. j. de libel. oblat.

**e** Generale. Generalitas autem colligitur dupliciter primo: quia dictio ius, non magis adaptatur ad ius canonicum, quam ad ius naturale, ius gentium & ius ciuile, instit. de iur. nat. gent. & ciui. per to. Secundo, quod præter ar-

tem boni, & æqui, etiam alia significat, ut in l. ius pluribus. ff. de iust. & iur. & concor. c. omnes. cum seq. dist. j. unde sumitur,

f Regula. c. canon. & c. regula. dist. iij.

g Regulare. Et triplici ratione forsan appel-

lat hoc nomine: & quia continet spiritali normam, ut hic. & c. bene. dist. xj. ex multis, dist. liij. unde etiam dicti sunt regulares, ut per Hosti. in sum. de reg. §. ij. & per Archi. in c. regula. dist. iij. & quia est commune omnibus fidelibus. c. j. dist. lvij. ubi regula dicitur ius commune. & quia per compedium quoddam rerum uniuersarum amplectitur determinacionem. arg. not. per Archid. in d. c. regula.

**DE IVRE CANONICO,**  
dicitur à uerbo Græco, *κἀνον* quod Latine idem significat quod regula, & unde Ius canonicum Ius regulare non male dixeris; quam denominationem ex eo accepit, quod ex regulis priscorum patrum <sup>h</sup> ad rectam uiuendi normam institutis deductum fuerit. Est igitur <sup>i</sup> Ius Canonicum quod ciuium <sup>k</sup>

<sup>h</sup> Patrum. Ideo patrum dixit & non pontificum, ut sub uno uerbo comprehenderet non solum statuta Rom. Pont. sed etiam Concilia, & dicta sanctorum, ex quibus omnibus constat ius canonicum ut infra de ecel. cõst. per tot. <sup>i</sup> Est igitur. Pro intellectu istius descriptionis siue definitionis sciendum est, quod homo considerari potest quadrupliciter, uidelicet in suo genere ut animal, in sua specie, id est, ut homo, ut subditus Romano Imperio, & ut subiectus Ecclesie Romanæ. si consideretur primo modo, utitur iure naturali insti. de iur. nat. gent. & ciui. in prin. si secundo utitur iure gentium. §. j. eo. tit. quod interdum appellatur naturale. §. singulorum. instit. de re. diui. c. ius naturale, ubi de hoc prolixè no. distint. j. si tertio utitur iure ciuili Romanorum. l. j. C. de sum. Trin. ubi traditur si quarto utitur iure canonico. Potest considerari & quinto modo scilicet ut ciuis Perusinus, Bononiensis & c. & tunc utitur statutis Perusinis, Bononiensibus, & cuiuscunque loci unde originem ducit. §. j. insti. de iur. nat. gent. & ciui.

<sup>k</sup> Ciuium. Id est, Christianorum, uel fidelium, nec enim regulariter infideles Papæ aut

# COMMENTARII INSTITUTIONVM IURIS CANONICI INCIPT.

## LIBER PRIMVS.

Ioannes Paulus Lancelottus Perusinus vtriusq; Iuris Candidatis  
Academie Perusinae. S. D.



Stiduis uestris tum absens literis, tum praesens interpellationi  
bus pulsatus facile intellexi (Iuris studiosi) quanto Instituto  
num Iuris Canonici desiderio teneamini. Quarum copiam cum  
uobis facere honestissimis rationibus hoc tempore impediat,  
agam uobiscum uti aliquando eos solere animaduerti, qui lon  
go terrarum intervallo disuncti, neque sibi de facie inuicem co  
gniti per literas sponsalia, uel per procuratorem contrahunt, nam si  
cito cogredi impediant, & congressus mora interim non nisi egre pati possint, propri  
oris ex uiuo ductam effigiem, & oes corporis partes egregie exprimentem uicissim  
sibi mittere consueuerunt, tum ad leniendum desiderium: quo alter alterius conspi  
ciendi tenetur, tum uero etiam, ut ex ipsa oris effigie, & totius corporis lineamentis  
coniugis mores, & ingenium uel quoquo modo saltem conijciant, sic uos, quousque  
opus ipsum in publicum dare prohibemur, detinebit exiguus iste libellus, quo ea quae  
in quatuor Institutionum ipsarum libros a nobis congecta sunt, non aliter complexi  
sumus, ac facere soleant Cosmographi, cum late patentes Prouincias, atque adeo Or  
bem ipsum angustis chartularum spatijs concludere nituntur, ueluti enim ijs mul  
ti praetereundi sunt, terrarum, ac marium tractus, & insignes saepe Ciuitates occultan  
dae, satisque habent si clymata ipsa, & principales Mundi partes, ac Metropoles Vr  
bes, uel exiguis picturis indicent, caetera Inspectorum coniecturae relinquunt, ita mihi  
plurima in hoc opusculo praetereire necesse fuit, quae tam angusto spatio concludi, uel  
comode representari non potuerunt. Erit igitur uestri iudicij, ex hoc libello iustum,  
atque integrum ipsum opus quasi ex unguibus, non dicam Leonem, sed prout statueritis  
excimare, mihi quidem satis id fuerit, si, ut in comen studiosorum utilitatem aliquid  
pro exiguitate ingenij conferrem, me nullam intermisisse diligentiam, nullis perter  
ritum fuisse laboribus, uel incommodis, nullis denique pepercisse sumptibus docue  
ro, si proposito, atque ceptis exitus minus responderit, in nobis culpam omnino nullam  
residere, atque ut breue hoc totius operis compendium libenti animo conscriberem, non  
solum uestra causa adductus sum, ut uos, si mei amantissimos aliquo demererer offi  
cio, ueram etiam mea. Nam cum in urbe plura mihi necesse fuerit libri illius nostri  
exempla excubenda curare, eaque saepe per longa temporis spacia non solum apud Cen  
sores operis, ueram etiam apud alios plures fuerint, & in diuersorum manus deue  
nerint, illorum unum mihi a grauisimo uiro subtractum fuit, & alia quoque ex alijs  
exempla clam me a curiosis quibusdam sumpta fuisse conuertum habeo. Studiosi  
enim oes mira quorumcumque nouorum operum cupiditate incendi solent praesertim  
nondum in lucem editorum, quod solos se, uel cum paucis ea tenere pulchrum, ac perlarum  
existiment. Unde adeo interdum auide undique conquirunt, ut neque a furto ipso ce  
perent, & inscio saepe Authore, dum lucello inhiant, & alienam messem metere cupiunt,  
non nunquam etiam suppresso, uel mentito scriptoris nomine formis excudere, ac peruul  
gare non uerentur, atque ita saepe, dum proprium commodum uel gloriam aucupantur,

Author sepe  
de edendis In  
stitutionib<sup>9</sup>  
requiritur.

Mos coniu  
gum absen  
tium sibi in  
uicem inco  
gnitorum.

Cosmogra  
phi.

Exempla que  
dam operis  
Authori sub  
tracta.